

1514. in Julio.

Petrus Tomicki Epus Premislens,
designatus Joanni Laski Archieppo
Gnesnensi, Oratori Romae in Concilio
Lateranensi.

92

Cum mihi Epatus Premislens fuit a Sara
Mathe Regia collatus, gavisus sum equidem non
tam ipsa honore accessione, quam data majori
ausa et occasione inserviendi cum alijs amicis
et Favoribus meis, tum praecipue Vro Rmae Sa-
termitati de cujus gratia et Patrocinio in me
compertum et exploratum iam pridem habebam.
Magnam igitur fiduciam misi in urbem pro
Litenis expediendis curatorem, ducasat nihil
dubitans, quod Vra Rmae Sitas pro veteri sua
erga me benignitate dignata fuisset, utrumque
gravioribus occupata Procuratores meos ad-
iuvare, quo eo celerius et Provisionem ipsius
Epatus, et imprimis Beneficiorum meorum re-
servationem mihi expedire potuissent, sine
quibus nec ab initio, nec siamnum velim Epus
Ecclesiae illius esse cujus Proventus quam exi-
les sunt Vra R. non ignorat. Quid igitur
causa sit, quod tandem negotium hoc meum
non conficiatur, mirari satis non possum, quan-
doquidem inconsuetum non est, ut Beneficia
pauperibus Epis reserventur, quemadmodum me-
is Praedecessoribus, ut de alijs faciam complu-
ribus, et pinguiora fuerunt reservata, quam
haec mea, et qui forte tantos, ac tam propi-

tuus
[Signature]

propitios fautores & Patronos non habuerunt,
quam ego me speravi, et spero habere Vram
Amam Ptem, quam euigilissime et oro et ob-
testor, ut quoniam impetrata esse isthuc per
aliquos Beneficia mea intelligo, interponere
dignetur operam et auctoritatem suam, ne quid
in illis detrimenti patiar, sine quibus nolui
profecto hunc Episcopatum accipere, in quo nec Sta-
tum Decentem sustinere, nec amicis aut Reipu-
blica cuiuscumque usui esse possim, praesertim
cum illa per tot Annos ac duram servitatem
conquisivi. Efficat Vra Rma Ptas, ne pejus
meum agatur, qui isthuc Eam meum prae-
cipuum Dominum et Patronum habeam, quam
cum alijs, qui absque magna difficultate id
a Sede Aplyca communiter impetrare solent,
habeatque rationem Vra Rma Ptas et mea
magna indigentiae et damni, quod iam ex
cunctatione tanta provisionis meae accepit,
sublati videlicet pro Festo Sancti Joannis Ba-
ptistae dimidijs proventibus et penitus amif-
sis, nec faueat hoc mihi, ut majoribus damnis
afficiar et difficultatibus involvar, quod illi fi-
delibus meis servitijs semper demereri volo,
tanquam Domino et Patrono meo clementissi-
mo. De rebus novis nihil scribo Vrae Rmae Pti,
plurimum de his meis adversitatibus anxius.
Scribit autem Rmus Dnus Scauellarius. Com-
mendo me. &c.